

quod si circa, uel prope ecclesiam predictam Ariminorum essent aliquae domus 15
communis uel specialium personarum, de quibus possent, sine damno notabili
communis, uel specialium personarum, eis complacere dent et assignent ipsis
Ariminis, pro sua habitatione. Et si aliquis lamentaretur de hoc, dux et con-
siliarij provideant in compensationem illorum, per illum modum, qui sibi melior 20
uidebitur pro specialibus personis et pro communi, ut dicti Arimini causam
habeant uenendi ut dictum est. In facto autem tractandi ipsos tamquam Venetos
nostros, ordinetur quod omnes Arimini qui uenient habitatum, in partibus Crete,
uel in alijs locis nostris usque quatuor annos proximos debeant tractari tamquam
Veneti nostri, et a dicto termino in antea providebitur de elongatione termini,
sicut uidebitur Ducali dominio. Insuper complacatur dictis Ariminis, secundum 25
requisitionem, dicti Archiepiscopi, quod nostra nauigia, super quibus uolent
leuari, pro ueniendo, ut est dictum, debeant eos leuari, cum mercibus et bonis
suis, tractando eos in nabulo, et alijs omnibus, tamquam Venetos nostros. Et si
aliqui uolent leuari sine mercibus, leuentur et accipiantur ab eis pro testa, illud
quod sit conueniens. Et si ultra conueniens peteretur ab eis, ita quod non pos- 30
sent esse concordēs cum nauigijs, nostri consules uel rectores illarum partium,
taxent et ordinent, id quod sit conueniens. Et si aliquo casu per illos consules
uel rectores non foret taxatum, et predicti Arimini reputarent se grauatos, sit
reseruatum Ducali dominio, uel rectoribus nostris locorum, ad que ibunt taxandi,
ordinandi et disponendi, sicut eis, melius et iustius apparebit. Alij — non 2 — 35
non sinceri 1.

21

F^o 24^{vo} Δύνανται νὰ γραφῶσι συστατικαὶ ἐπιστολαὶ πρὸς τὸν Πάπαν ὑπὲρ τοῦ ὑποψηφίου ἐπισκόπου Καλα-
μῶνος ἀδελφοῦ Βαρθολομαίου τοῦ τάγματος τῶν ἐρημιτῶν. 1363, Ἰουλίου 10.

22

Περὶ ἀναθεωρήσεως δίκης μεταξὺ Περγίνας Ἀζώλης καὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ Ἀγγέλου Ζένου. Ἡ Περγίνα ἦτο
καὶ αὕτη θυγάτηρ τοῦ Ζένου. 1363, Ἰουλίου 16.

F^o 25^{to} Millesimo trecentesimo LXIII, die XVI Julij.

1

Capta. Cum tempore regiminis uiri nobilis ser Marini Grimani duche Crete
in suo primo regimine esset questio inter quamdam dominam Reginam Asolis,
que tunc erat pupila, et quemdam filium ser Angeli Geno commissarium dicti
patris sui de quibusdam expensis factis per ipsum cuidam sorori ipsius Regine, 5
que Regina sicut dicit, tamquam pupila nesciens uti iuribus suis nec habens ali-
quem sibi consulentem sententiata fuit per absenciam in yperperis CLXV pro
dictis expensis factis per eundem ser Angelum. Et propterea supplicauerit quod

- scribatur duche et consiliarijs Crete quod non obstante dicta sententia ipsam
- 10 Reginam debeat audire et jura sua ac facere sibi justum; uadit pars quod scribatur duche et consiliarijs Crete, quod si ita est sicut dicit dicta Regina debeant ipsam jura sua audire et examinare et facere quod uiderint justum esse non
- 13 obstante sententia predicta lata contra ipsam.

23

Περὶ συνάψεως τοῦ γάμου τῆς Φλωρεντίας Σανούδου δουκίσσης Αἰγαίου μετὰ τοῦ Νικολάου Σανούδου ἐκ Κρήτης.

*Αποστέλλει συγχαρητήρια γράμματα εἰς τὸν δοῦκα καὶ συμβούλους Κρήτης, ὅπως μεταβιβασθῶσιν εἰς τὴν δούκισσαν Φλωρεντίαν, εὐρισκομένην ἐν Κρήτῃ, ἥτις τοῦ λοιποῦ δὲν πρέπει νὰ πιέζεται ὡς μέχρι τοῦδε. 1363, Αὐγούστου 19.

F^o 32^{to} Millesimo trecentesimo LXIII, die XVIII Augusti.

- Capta. Quod respondeatur domino Nicole Sanuto qui Venecias nuper uenit, pro confirmando matrimonium cum procuratoribus domine Florentie duchise Egeopelagi coram Ducali dominio, quod de ellectione facta per ipsam dominam
- 5 in accipiendo ipsum in uirum suum postquam placebit sibi et domine multum gratulamur et specialiter, quia ipse noster ciuis et nobilis est. Ad factum uero confirmandi matrimonium coram Ducali dominio dicatur quod numquam solitum fuit talia uel similia matrimonia coram dominio ducali confirmari, set putamus esse melius quod ipse dominus Nicola qui nundum fuit ad dominam in Cretam
- 10 uadat ad eam, facie ad faciem, et ibi ambo ordinent et disponant et faciant sicut eis uidebitur pro bono suo.

- Et scribatur duche et consiliarijs nostris Crete, qualiter intellectis litteris domine Florentie et uasalorum eius nec non audito domino Nicola Sanuto, respon- sionem fecimus qualiter de ipsa ellectione facta per dominam multum gauisi
- 15 fuimus considerato specialiter, quod dominus Nicola est noster ciuis et nobilis, set quia non est solitum huiusmodi matrimonia confirmari coram nostro ducali dominio, diximus quod putabamus esse melius quod dominus Nicola qui nundum fuit in Cretam ueniret ad dominam et simul cum ea facie ad faciem ordinet, faciat et disponat facta sua. Et in hoc casu uolumus quod ducha et consiliarij
- 20 teneant modum quod domina Florentia amplius non stringatur sicut fuit usque nunc, set quod ipsi duo scilicet dominus Nicola et domina possint esse soli facie ad faciem et ordinare, disponere et facere facta sua et prouidere de securitate locorum Egeopelagi, faciendo tamen poni bonam mentem et curam quod domina Florentia non exeat de ciuitate Candide modo aliquo sine nostro speciali man-
- 25 dato. Dato 26—28—28. De non 5—3—3. Non sinceri 2—25. 23.